



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Aqvæ Vitæ, De Fontibvs Salvatoris. hoc est, Doctrina  
Evangelica De Meditatione mortis**

**Kispenning, Henricus**

**Antverpiæ, 1583**

De eodem Animarum statu post mortem, D. Augustini Sententia. iij.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46214](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46214)

radiſo ſunt. Nō enim propter ſolā latronis animā Chriſtus Deus noſter Paradīſum aperuit, ſed etiam propter reliquas oēs ſanctorum animas. Pēgit deinde Antiochus interrogare: Nunquid igitur receperunt iuſti bona ſua, & peccatores pōnā? Reſpondet Athanaſius dicens, Nequaquam, attamen gaudiū nacti ſunt Sanctorum anima: & iſta eſt fruitio earū particularis, ſicut & triſtitia quam peccatores habet, eſt particulare ſupplicium. Quomodo enim accerſit rex amicos ſuos, ut ſecum prandeant: & damnatos ut puniantur: hi autē qui ad prandium ſunt vocati, gaudent & latantur coram rege in palatio vſque ad horam prandiū, damnati autem in carcere clauſi manent in marore & triſtitia, vſq. dum veniat iudex: ita tandē intelligere oportet etiam de animabus que iſtuc à nobis migrauerunt.

De eodem animarum ſtatu poſt mortem, D. Auguſtini Sententia.

**T**Empus quod inter hominis mortem, & ultimam reſurrectionē interpoſitū eſt, animas abditis receptaculis cōtinet, ſicut vnaquaq. digna eſt, vel requie vel erumna, pro eo quod ſortita eſt in carne cum viueret.

Ante Paſſionē Domini omnes animæ Sanctorum in inferno ſub debito prauaricationis Adæ tenebantur, donec auctoritate Domini per indebitam eius mortem à ſeruili conditione liberarentur. Poſt Aſcenſionem Domini in celos, omnium Sanctorum animæ cum Chriſto ſunt: & exeuntes de corpore ad Chriſtum vadunt, expectantes reſurrectionem corporis ſui, ut ad integrā & perpetuam Beatitudinem cum ipſo pariter immutentur: ſicut et peccatorū animæ in inferno ſub timore poſitæ, expectant reſurrectionem ſui corporis, ut cum ipſo ad pōnam detrudantur eternam.

Mortuis

CAPVT

IIII.

In Enchirid.  
ad Laur.

cap. 109.  
De Dogmatibus eccl.  
cap. 77. 78.

Tractatu 49.  
in Ioannem.

Mortui dicti sunt in scripturis saepe DORMIENTES, sicut Apostolus dicit 1. Thess. 1. 11. Nolumus vos ignore fratres de dormientibus, &c. Ideo & ipsos Dormientes appellauit, quia resurrecturos prauinciauit. Dormit ergo omnis mortuus, & bonus & malus, sed quomodo interest in ipsis qui quotidie dormiunt & exurgunt, quid quisque videat in somnis, alij sentiunt laeta somnia, alij torquentia, ita vt euigilans dormire timeat, ne ad ipsa iterum redeat: sic unusquisque hominum cum causa sua dormit, & cum causa sua surgit: & interest, quali quisque custodia recipiatur, ad iudicem postea recipiendus: nam & receptiones in custodia pro meritis causarum adhibentur: alios iubentur custodire lictores, humano & miti officio atq. ciuili: alij traduntur optionibus: alij mittuntur in carcerem: & in ipso carcere non omnes, sed pro meritis causarum in ima carceris detruduntur. Sicut ergo diuersa custodia agentiu in officio: sic diuersa custodia mortuoru, & diuersa merita resurgentiu: receptus est pauper, receptus est diues: sed ille in sinu Abrahae, ille ubi sitiret & gutta non inueniret. Habent ergo omnes anima, cum de seculo exierint, diuersas receptiones suas: habent gaudium boni, & mali tormenta. Sed cum facta fuerit resurrectio, & bonorum gaudium amplius erit, & malorum tormenta grauiora, quando cum corpore torquebuntur.

Luc. 16.

## DE CARNIS NOSTRAE RESVRRECTIONE.

Testimonia & Argumenta ex S. Scriptura, & ab Exemplis, atque etiam humanae naturae Ratione & Iudicio desumpta.

CAPVT

V.

Epiphan. in  
lib. Ancorat.

**I**N Carnis Resurrectione, omnis Thesaurus, & Fundamentum omnis sapientis cogitationis, et omnis bona opera-